

PSALMI XLIX. DISPOSITIO.

Vanitas hominum. Impii ut pecus transeunt.

Egestatem non extimescendam, neq; etiam opulentiam superbe magnificiendam esse docemur hic egregie.

I. Exordium invitat (1) omnes populos, omnes orbis incolas: v. 2. tam plebejos, quam magnates, tam divites, quam egenos: v. 3. (2) actus requisitus est audire vers. 2. (3) audiendum est Hoc, puta carmen, vers. 2. item effata oris sapientia, & meditationes cordis intelligentiâ plene, vers. 4. parabola, enigma: vers. 5.

II. Propositio: non metuendum, nec insolescendum nimis. (I) non metuendum in die infortunii, nec in mediis insidiatorum injuriis: vers. 6. qui describuntur (a) à vanâ in opibus fiduciâ vers. 7. (b) à gloriatione ob easdem thraſonicâ: ibid. (II.) Ratio, cur non metuendum. (1) frater, etiam conjunctissimus, opibus redimere nequit à morte quenquam vers. 8. 9. pretium, ut quis vivat in seculum foveamq; non videat, desiderabitur perpetuo: vers. 9. 10. (2) moriendum sapientibus

A fatuisque, vers. 11. (3) opulentia relinquenda alius: ibid. (4) frustra exoptatur domorum perennitas, fameque celebritas: vers. 12. 14. quippe (a) ex honore abeundum: (b) instar brutorum moriendum: vers. 13. (c) instar pecudum in infernò cubandum: vers. 15. (d) mortis deſtinationi parendum: (e) justorum dominium tandem agnoscendum: (f) de omni robore in infernò desperandum: ib. (5) E diverso Pius de redemptione sui ex morte certus est: vers. 16. (III) Non insolescendum ob divitias vers. 17. Ratio: (1) in morte nil quicquam aufertur: vers. 18. (2) gloria prior cadavera animasque non comitatur: ibid. (3) etiamsi tu tibi ipsi aut alii tibi benedicant vers. 19. descendendum tamen ad majores tuos, perpetuis mancipatos tenebris: vers. 20.

III. Epilogus de mundanorum vanitate: (1) homo (2) honoris sui immemor, (3) assimilatur bruto excidendo: vers. 21.

PSALMUS XLIX.

EXPLICATIO VERSUS I.

לנני: Vide Pſalm. XLII, 1.

EXPLICATIO VERSUS II.

שמע audite:) Exordium hoc, in quò attentionem ac benevolentiam captat Pſaltes, continuatur ad v. 6. majorisq; attentionis causâ subjungitur verbo שמע audivit, alterum synonymum האזין auribus percepit, more alioquin satis receptò in Sacris, ceu observavimus Pl. xxxix, 13.

יושבי חלך incole orbis:) nimirum non solum Israëlitæ, sed & nationes aliæ in universum omnes hòc pſalmò erudiuntur. Participium יושב habitans; nominascit, (Incola,) indeque ponitur in regimine. Alterum verò חלך quod radice verbali caret, (nisi quod Syris חלך est loca profunda fodere & penetrare,) quinquies in sacris reperitur; videlicet Job. XI, 17. surget חלך tempus vel vita tua præ meridie, (clarior scilicet aut felicior;) Pſal. xxxix, 6. חלך tempus vel vita mea quasi nihil coram te: Pſal. lxxxix, 48. memento מה חלך quid vita (nostra?) Pl. xvii, 14. homines מחלך de mundo; & denique h. l. Proindeq; tam locum, quàm tempus vitæ præsentis, exprimit, æquè ac עולם seculum, tam de mundi palatiò, quàm duratione ejus vel seculò, solet usurpari. Vide Fuller. l. 3. misc. c. 14. Bochar. t. 1. hieroz. f. 1030. itemque notas nostras ad Pſal. xxxix, 6. Hinc Lutherus. Die in dieser Zeit leben. Belgæ: alle Einwohnere der Welt. Campensis: quot quot inhabitatis orbem.

EXPLICATIO VERSUS III.

גם etiam:) h. e. tam plebeji, quàm magnates, sic namq; particula hæc copulans pro exæquante solet sumi, cum geminatur, vel reddi potest per Tum: ceu Gen. l. 9. גג currus, גג equites. &c.

בני אדם filii hominis:) videlicet plebeji, vel terræ affixi; sic namque אדם, quando opponitur ei אש, denotare solet hominem de humò vilem, humi repentem, ignobilem; ceu lxx.

reddunt חנני terra. Sic & Kimchi & Aben Esra. חנני vero exprimit fortem, consistentem, autoritate præditum, (אש fut, extitit:) ceu constat tum ex lequente h. l. epexegeſi, tum ex Prov. VIII, 4. Inepta est proinde glossa Lekach tof; filios hominis de filiis Ketura seu Imaëlitis, filios autem viri de Noachi posteris exponens. Utrobique autem חנני filii redundans quodammodo videtur, cum non tam stemma, cujus aliquis fit filius, quàm status præsens, attendatur, h. e. an aliquis impræsentiarum sit in existimatione constitutus, vel abjectæ fortis, &c.

pariter dives & egenus:) uterque enim quod discat, habebit, ille, ne divitiis nitatur, hic, ne in defectu earum deficiat & ipse, sed potius spem concipiat in Deò firmam &c.

EXPLICATIO VERSUS IV.

חכמות sapientias:) i. e. multiplicem summèque salutarem sapientiam, exaggerandi namque vim habet pluralis, ceu constat ex Pſalm. xxii, 4. tu permanes חכמות laudes, i. e. perfecta laus Israel. Pſal. xlii, 6. 12. ישועות salutes, i. e. omnimoda salus: Pſalm. XLV, 16. שמחה latitia copiosissima. &c.

והגות & meditatio cordis mei (sunt) intelligentiæ:) i. e. non meditor ego ludicrum aliquod carmen, vel poëma vulgare aut de renauci, sed materiam scientiâ dignam, scientiâ etiam variâ plenam, imò sine quâ intelligentia recta est planè manca. Item: quæ loquor, non in labiis nata sunt, sed præmeditatè ea profero, ex intimò devoti cordis penu. Nomen hocce nusquam deprehendens alibi in hac formâ: simile tamen est הגות meditatio (cordis mei.) de quò Pſal. xix, 15. Radix הגות meditatatus fuit, de qua Pſal. l. 2. xxxvii, 30.

הבנתו intelligentiæ:) supplenda hic iterum est copula logica, ut propositio integra fit:

SU XI. ...
SU XII. ...
SU XIII. ...
SU XIV. ...
SU XV. ...